Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Romanus pontifex vrbanus quartus
huiusmodi sacramenti deuocione affectus
pie statuit institucionis memoriam.
Feria quinta post octauas pnthecostes a cunc
tis fidelibus celebrari. ut qui per totum anni
circulum hoc sacramento utimur ad salutem
eius institucionis illo specialiter tempore recola
mus quo spiritus sanctus corda discipulorum edocuit
ad plene cognoscenda huiusmodi sacramenta
mysteria. Nam in eodem tempore incepit hoc
sacramentum a fidelibus frequentari. Tu autem
Legitur in actibus apostolorum quod erant perseue
rantes in doctrina apostolorum et communicacione
fraccionis panis et oracionibus post spiritus sancti missi
onem. Ut autem predicta feria quinta et per octauas
sequentes eiusdem salutaris institucionis hono
rificencius agatur memoria et celebritas de
hoc celebrior habeatur loco materialium distri
bucionum que in ecclesiis kathedralibus largi
untur existentibus canonicis et nocturnis
pariterque et diurnis. Tu Prefatus roma
nus pontifex eis qui huiusmodi horis in hac
sollempnitate personaliter in ecclesiis interesset

Tu ut in primo nocturno

24.
(259.)